

König Heinrich IV. erneuert der Abtei St. Maximin zu Trier auf Vermittelung des Markgrafen Otto die Verordnung über die Rechte und Pflichten der Vögte und Dienstmannen. Trier, 1065 [Juni].

Hdschr.: Cop. in Codex s. Maximini fol. 50^b. Staatsarchiv Koblenz.

5 *Gedr.: Beyer, Rhein. Urkundenbuch 1,418. Stumpf 2675.*

Ann.: Vergl. Einl. 80 Anm. 86. S. A. 150 Anm. 86.

In nomine sancte et individue trinitatis. Heinricus divina favente clementia quartus Romanorum rex. — — Cuius (Theoderici abbatis ex monasterio sancti Maximini) petitioni per interventum dilectissime genitricis nostre Agnetis videlicet imperatricis auguste
10 et Annonis Coloniensis, Eberhardi Treverensis, Adelberti Hammaburgensis venerabilium archiepiscoporum, Ellenhardi quoque Frisingensis et Theoderici Virdunensis venerandorum episcoporum, Ottonis marchionis, Gerhardi et Godefridi ducum aliorumque fidelium nostrorum, Cuonrado etiam comite et eiusdem loci advocato anitente et summopere petente assensum prebentes et paterne traditioni per omnia consentientes hoc nostre auctoritatis
15 preceptum pro immunitatis atque tuitionis eiusdem familie gratia fieri decrevimus — —

Signum domni Heinrici quarti regis.

Sigehardus cancellarius vice Sigefridi archicancellarii recognovi.

Data anno dominice incarnationis .M. LX .v., indictione .iii., anno autem ordinationis domni Heinrici quarti regis .xii., regni vero .viii.; actum Treveris; in dei nomine feliciter amen.
20

Kaiser Heinrich IV. giebt dem Altar St. Laurentii in der Domkirche zu Merseburg das Dorf Spergau. Goslar, 1066 Dec. 3.

Hdschr.: Or. verloren. . Berbisdorfische Abschriften. Stiftsarchiv Merseburg.

25 *Gedr.: Höfer, Zeitschr. für Archäologie 1,171. Stumpf 2698.*

Ann.: Vergl. Einl. 78 Anm. 71. S. A. 144 Anm. 71.

(C.) In nomine sanctae et individuae trinitatis. Heinricus divina favente clementia rex. — — Unde fidelium nostrorum universitati tam futurorum quam presentium volumus esse notum, qualiter nos Mersiburgensi ecclesiae ad altare sancti Laurentii inter-
30 veniente ac petente Bertha regina regni nostrique thori consorte dilectissima nec non pro amore divino animaeque cuiusdam Iudithe ducis Ottonis filie remedio villam quandam Spirige dictam, Sclavonice autem Kobolani nuncupatam, in pago Mersiburch et in ad- vocatione Ottonis marchionis sitam — — in proprium dedimus, confirmavimus, perpetuo iure possidendum concessimus — —

35 Signum domini Heinrici (M.) quarti regis.

Sigehardus cancellarius vice Sigefridi archicancellarii recognovi.

Data .iii. nonas decembris anno dominicae incarnationis .M. LX .vi., indictione .iii., anno autem ordinationis domini Heinrici quarti regis .xiii., regni vero .x.; actum Goslarie; amen.